



Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

8. Causæ Episcoporum quando coram Pontif. referantur, & per ipsum
teminentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

Sessio XIII. de Reformat. Cap. VI. VII. & VIII.

77

*praxi climin. part. i. questione 6. num. 49. Nicol. Garc. de be-
neſe. p. 8. cap. 3. num. 28. Cardinal. Tusch. practic. conclus.
tom. 7. conclus. 730. Sanctarell. variar. resolut. questione 50.
num. 20.*

2. Et obtentam remissionem aliquius delicti, non facta mentione prioris condonationis eiusdem, vel alterius eiusdem generis, subreptitiam esse docent Couar. lib. 1. variar. cap. 20. num. 8. Clar. §. fin. quest. 59. num. 9. Antonius Gomez. tom. 3. variar. cap. 30. num. 69. Molin. de pri-
mogenit. lib. 2. cap. 4. num. 52. & lib. 4. cap. 3. num. 43. Me-
noch. de arbitrar. casu 203. num. 32. Sanctarellus loco pro-
ximè citato.

*¶ Per se ipsum, &c.] Adiuertit Ioann. Sanc. in seleūtis di-
put. 50. num. 26. quod prospiciens Concilium in presen-
ti plures delinquentes pro meritis penitentibus ab Episcopis
sibi inflictis extorquere gratias falsis precibus, per quas
penitentiae illae aut remittantur omnino, aut minuantur, de-
crevit Episcopum per se ipsum tanquam Sedis Aposto-
licas delegatum summarie cognoscere de subreptione,
& obreptione gratiae, & tamen non obstante quod afferit
Concilium per se ipsum debere cognoscere Episco-*

pum, praxis quotidiana docet illius rei cognitionem
suo committi Vicario, per doctrinam Salzedi in pra-
etice. capitul. 73. in fine, qui ait quod dum Concilium iudi-
cio Episcopi aliquid agendum commitit, non tantum
Episcopo, sed ei, qui vices illius gerit, committere cen-
setur.

*y Non admittat.] Est enim ipso inre nulla gratia sub-
reptitiae impetrata, vt tradunt Felin, per text. ibi in cap. ad
audientiam. num. 22. de rescript. Menoch. de arbitr. casu
201. num. 2. Surd. decis. 307. num. 17. Sanctarell. var. resolut.
quest. 50. num. 3. Monet. de communat. ultim. volunt. cap. 6.
num. 133.*

Et quamlibet expressionem falsam vitiare gratiam, etiam quod alias esset Princeps concessurus, tenet Caputaq. decis. 49. & decis. 254. num. 4. p. 2. Nicol. Garc. de be-
neſe. p. 6. cap. 6. num. 197. Nec ad euitandam subreptionem
sufficere aliquid ex narratis verificant ad sufficiendam
gratiam, sed omnia esse verificantur, docent Azeued.
consil. 34. Gutiérrez canonie. lib. 2. questione 15. num. 68.
¶ 108. Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 195. Rot. decis. 634. p. 1.
diuers.

*Episcopus nequaquam moneatur, aut citetur ut personaliter compareat, nisi ob causam
ex qua deponendus, aut priuandus veniret.*

C A P V T VI.

Quoniam vero subditi Episcopo, tametsi iure correpti fuerint, magnopere tamen eum odisse, & tanquam iniuria affecti sint, falsa illi crimina obijcere solent, vt quoquo pacto possint, ei mole-
stiam exhibeant, cuius vexationis timor plerumque illum ad inquirendam, & punienda
corum delicta segniorem reddit: id circa, ne is magno suo, & Ecclesie incommmodo
gregem sibi creditum relinquere, ac non sine Episcopalis dignitatis diminutione vagari cogatur, ita sta-
tuit, & decrevit, ^b Episcopus nisi ob causam ex qua deponendus, siue priuandus veniret etiamsi ex offi-
cio, aut per inquisitionem, seu denunciationem, siue alio quoniam modo procedatur, ut personaliter com-
pareat, nequaquam citetur, vel moneatur.

^a Cap. fuit
nonnulli, s.
q. 7.

^b Vide fess.
24. c. 5.

Vide Sbroz de vicario Episcopi lib. 2. quest. 58. num. 7.
*¶ quest. 59. num. 2. vers. nec dicatur. Clar. §. fin. quest.
37. vers. ulterius quoero. Salzed. ad Bernard. in practic. cap.
124. litt. A. in nouiss. impress. Stephan. Gratian. discepta-
tionum forisnum. cap. 169. num. 15. Vgolimum de officio Epi-
scopi. cap. 2. §. 2. num. 4. vers. decimo, metipsum in similis tra-
ctatu part. 3. allegat. 112. num. 6. Alzed. in praxi Episcop. par.
2. cap. 7. num. 3. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 41. num.
5. vbi decretum hoc intelligit procedere in Episcopis
non residentibus, quia isti solū possunt citari, seu moni-
nenti ad comparendum ob causam, ob quam venirent
deponendi seu priuandi, additque Episcopos residen-*

tes, etiamsi sit causa atrocissima, ypotē hæresis, aut
laesa maiestatis, minimè posse citari ad personali-
ter comparendum per quoscunque iudices ordinaria-
rios, vel delegatos, etiam S. R. E. Cardinales,
nisi de expressa, & speciali commissione manu Pa-
pæ signata. Et expressè Pius IV. in sua constit. in-
cip. De salute gregis, anno eius primo statuit Epis-
copos ex quoniam delicto etiam atrocissimo ad Ro-
manam Curiam citari non posse, nisi in primis ac-
cedat specialis commissio Papæ, ut testatur Erasm. à
Cochier de iurisdictione Ordinary in exemptis. p. 1. ques. 41.
quem refero d. allegat. 112. num. 7.

*Testes contra Episcopum quibus qualitatibus prædicti esse debeant,
ijsque carentes graibus penitus mulctandi.*

C A P V T VII.

Testes in causa criminali^a ad informationem, vel iudicia, seu aliis in causa principali contra Epi-
scopum, nisi contestes, & bona conuersationis, existimationis & fama fuerint, non recipiantur:
& si odio, temeritate, aut cupiditate aliquid deposuerint, graibus penitus mulctantur.

^a Cap. sec.
fatio quoque
e acci. 110
Episcoporum
testes. 2. q.
7. &c. vlt. 2.
q. 5. Concl.
Rom. sub Syl
ueft. Lutrix
Anacleti 1.
px epist. 1. &
Carth. 1.
& Carth. 4.
c. 96. & Sixt.
3. ep. 3. cap. 3.

Vide quæ dixi de officio & potestate Episcopi, part. 3. allegat. 112. num. 11.

Causæ Episcoporum quando coram Pontifice referantur, & per ipsum terminentur.

C A P V T VIII.

¹ Doctores de materia cap. agentes.

² Archiepiscopus non potest iudicare causas vertentes inter Episcopos suffraganeos.
Barbos. Collect. in Concil. Trid.

Causa Episcoporum, cum pro criminis obiecti qualitate comparere debeant, coram Pontifice Max. referantur, ac per ipsum terminentur.

Vnde Salzediad Bernardus in *practic*, cap. 124, litt. A. verf.
hoc de clericis, in fine, Henriquez in *summam lib. 13, cap.*
55, §. 2. Armendar, in addit. ad *recopilar. legam Navarrae lib.*
1, tit. 18, l. 7. de *Episcoporum 80 illustris.* D. Rodericum
Cunha in *tract. de confessoribus sollicitantibus mulieres in*
confessione; quest. 12. metitpum de officio & potestate Episco-
pi part. 3, allegat. 21 ex princip. & latius infra *seff. 24.* de

reformat. cap. 5. Alzed, in *praxi Episcop. part. 2, cap. 7.* & nu-
mer. 1.

Archiepiscopum non posse indicare causas verten-
tes inter Episcopos suffraganeos, resolutus Aldan, in *com-*
pendio canon. decif. lib. 1, tit. 1, num. 8. ubi testatur ita: *'suisse*
decimum in S. Congregat, causis Episcoporum preposita in una
Regiam.' 1. Maij 1588.

S E S S I O . X I V .

De sanctissimo Pœnitentia Sacramento.

*a. Suprà seff.
6. c. 14.*

ACROS ANCTA cœcuménica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu S. legitime
congregata, præsidentibus in ea eisdem sanctæ Sedis Apostolicæ Legato & Nuncijs, quam-
uis in decreto de *Institutione* multus fuerit de Pœnitentia Sacramento, propter loco-
rum cognitionem, necessaria quadam ratione sermo interpositus: tanta nihilominus cir-
ca illud nostra hac ætate diuersorum errorum est multitudo, ut non parum publicæ utili-
tatis reulerit de eo exactiore & pleniore definitionem tradidisse, in qua demonstratis, & conuulsis,
Spiritus sancti præsidio, vniuersis erroribus, Catholica veritas perspicua, & illustris fieret, quam nunc
incta hæc Synodus Christianis omnibus perpetuò seruandam proponit.

Vnde Theologos cum Magistro in 4, diff. 14. S. Thom.
p. 3. q. 84. vbi Nigrinus, & Vasquez, Victor, Armill.
Siluest. & alios Summistas verb. *Confessio, & verb. Pœnitentia,* Polianth, eod, verbo, Hieron, Onuphi, Lue, Pinell, &
Thom. Zerol, in suis tract. de *Pœnitentia*, Cardin. Bellarm.
in suis controversial. cathol. lib. 2. vniq. de *Pœnitentia*. Soar, tom. 4, de
Pœnitentia. Valent. tom. 4, diff. 7, quest. 3, cum tribus seqq. Ia-
cob. de Graff, in aureis decisi. p. 1. lib. 1, cap. 1, cum seqq. Hen-
riquez in summ. lib. 4, de *Pœnitentia*. Vitall, in *candelab.*
aureo tit. de *Pœnitentia*. Petr. de Ledesma in summ. p. 1, de
Sacram. vbi de *Pœnitentia*. Ioan. de la Cruz in *direct. con-*
scient. tract. de *Sacram.* Penit. Philiarc, lib. 2, cap. 18. Be-
can, de *Sacramentis in specie*, cap. 29, quest. 1. Canon, in re-
flect. de *Pœnitentia*. Sylvium in 3, part. D, Thomas, quest. 84.

Nugn. in *eand. 3, part. quest. 84.* Ioan. Medina in *Cod. de*
Pœnitent. Tanner, tomo 4, tract. de *Pœnitent.* Simplic. Mu-
nini, in *sua Theologia moralis de Sacram.* Fenit. Valer. Re-
ginald. in *praxi sori pœnitent.* lib. 29. Aegid. de Coninc K
de *Sacram.* & censur. tom. 2, diff. 1. Bonacina de *Sacram.*
diffus. 5, de *Pœnitentia*. Galgan, de *iure publico* lib. 3, tit. 89.
Homobon, de *Bonis de examine ecclæsias.* tract. 5, cap. 1.
Molles, in *summa Theologia moralis* tract. 7, de *santissimo*
Sacramento Pœnitentia. Filiuc, in *quest. moralibus* tract. 6.
Fagundez in *quinq. Ecclesiæ præcepta, præcept. 2.* Paul. Lay-
man in *Theologia moralis* lib. 5, tract. 6. nouissime Ioan. de
Lugo de *Sacrament.* tom. 2, de *Pœnitentia.* Torreblanca de
iure spirit. lib. 2, cap. 10. Barthol. à S. Fausto tom. 3, tract. de
Pœnitentia.

De Necessitate, & institutione Sacramenti Pœnitentie.

C A P V T . P R I M V M .

*a. Infr. can. 1.
psalm. 102.
Ephes. 2. sic
Innoc. cap. 1.
epif. 9. 1. in-
ter epist. Au-
gust. Nam
quamvis re-
demiserit, &c.
& Cyprianus
ab August.
civitas lib. 2.
cōtra Julian.
cap. 8. Quam
benigna, quā
necessaria.
b. Sub seff. 6.
c. 14. de iust.
Conc. Cabil.
c. 21.
e. Ezech. 18.
d. Luc. 13.
e. Act. 2. &
cap. prop. de
confessat.
diff. 7.
f. Ioann. 20.
Math. 16.
e. vt confi-
ueretur. so.
diff. & infra
c. 8. in fin. &
can. 3.*

Sic in regeneratis omnibus gratitudo erga Deum esset, ut iustitiam, in Baptismo, ipsius benefi-
cio, & gratia, suscepimus, constanter tuerentur, non suisset opus, aliud ab ipso Baptismo Sacra-
mentum ad peccatorum remissionem esse institutum.^a Quoniam autem Deus, diues misericordia,
cognovit figmentum nostrum, illius etiam vitæ remedium contulit, qui sese postea in peccati ser-
uitutem, & dæmonis potestatem tradidissent, Sacramentum videlicet Pœnitentie, quo lapsis post Ba-
ptismum beneficium mortis Christi applicatur.^b Fuit quidem pœnitentia vniuersis hominibus, qui se
mortali aliquo peccato inquinassent, quous tempore ad gratiam, & iustitiam assequendam necessaria,
illis, etiam, qui Baptismi Sacramento ablui petiuerunt, vt, peruerseitate abiecta, & emendata, tantam
Dei offensionem cum peccati odio, & pio animi dolore detestarentur. Vnde Propheta ait:^c Conuer-
timini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris: & non erit vobis in ruinam iniuritas;
Dominus etiam dixit:^d Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Et princeps Apostolorum
Petrus peccatoribus Baptismo initiandis pœnitentiam commendans, dicebat:^e Pœnitentiam agite, &
baptizetur unusquisque vestrum. ^f Porro nec ante aduentum Christi Pœnitentia erat Sacramentum, nec
est post aduentum illius cuiquam ante Baptismum. Dominus autem Sacramentum Pœnitentie tunc
præcipue instituit, cum à mortuis excitatus, & insufflauit in discipulos suos, dicens: Accipite Spiritum
sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Quo tam
in signi facto, & verbis tam perspicuis, potestatem remittiendi, & retinendi peccata, ad reconciliandos
fideles, post Baptismum lapsos, Apostolis, & corum legitimis successoribus suisse communicatam, uni-
uersorum Patrum consensus semper intellexit. Et Nouarianos, remittendi potestatem olim pertinaciter
negantes, magna ratione Ecclesia Catholica tanquam haereticos exploxit, atque condemnauit. Quare
venit